6 Sed [t] hic incidenter quæro, Pone, quod dominus, qui ab aliquo iniuriam accepit, dicat famulo, [u] Vade, & nõ reuertaris domum, donec ſentio nouum de tali, nunquid ſi famulus poſtea illum occiderit, erit ex eo præſumendum mandatum occidendi ab ipſo domino præceſſiſſe? Reſp. quod ſic: ita tenent Bart. in l. ſi qui mihi bona, §. ſed ſi mandauit (aliàs incipit, pater Socio) numeru 2. ff. de acquir. hæredit. qui in hoc ab omnibus indifferenter approbatur, vt dicit Iaſ. in d. §. ſed ſi mãdauit, nu. 12. & ſeq & in l. 1. num. 28. & ſeq. C. de ſeru. fug. & Marcus deciſ. 423. nu. 1. et Marſ. conſ 132. in primis verbis. Hanc ẽt dicit eſſe communem opin. Boſſ. in tit. de mandato ad homic. num. 50. Et refert ibi Bart. quòd iſte caſus contigit Florentiæ, & quòd dominus fuit decapitatus. Et illud dictũ Bart. refert Ruin. conſ. 6. nu. 1 lib. 5. vbi tamen conſuluit in facti contingentia pro patre, qui dixerat filijs ſuis: Tacete, tacete, non ſtate far cianze, mà andate, & ammazzatene due, ò tre di loro, &c. refert Caſſan. conſ. 58. nu. 8. vbi tamen dicit, ꝙ illa deciſ. eſt nimis rigoroſa. Hanc etiam op. dicit eſſe communem Auguſt. ad Ang. de malef. in verbo. Et Sempronium, numero 42. quem refert Pract. Conradi, f. 326. in 10. ampliatione, Alex. conſ. 28. nu. 5. lib. 4. quem refert Plaza lib. 1. delictor. c. 14. nu. 5. qui etiam eod. lib. c. 15. nu. 3. affirmat hanc ſententiam frequentiori calculo receptam eſſe, Pract. Carer. fol. 395. nu. 37. [x] & ſeq. quem refert Didac. in repet. clem. ſi furioſus, fol. 287. poſt nu. 3. de homicid. Duennas reg. 307. Et hoc locum habet, ſiue iniuria facta fuerit principaliter ipſi domino, ſiue facta fuerit ipſi famulo. Et hæc eſt communis opi. vt dicit Carrer. in loco præalleg. nu. 41. Quod tamen intellige ſecundum ea, quæ dixi infra ſtatim, [y] verſ. Sed quid ſi dominus.

7 Sed [z] quid ſi dominus poſt acceptam iniuriam ab aliquo [a] loquatur ad aurem famulo, vel conſanguineo ſuo, & paulò poſt talis famulus, vel conſanguineus illum

t Sed hic incidenter.] Adde indicia hic narrata ad ea, quæ dixit ſupra q. 21. cum hæc magis videantur ad torturam indicia, quam vt conuincant; Nec forſan hic vterer in practica ad aliquem conuincendum. Drogh.

Sed hic incidenter quæro.) Adde, & vide in collecta mea commun. opin. c. mandatum, vbi remiſſiuè habes communem ſententiam iſtam ampliatam, ac limitatam. Item, & inibi etiã habes, quòd mandatum patris, vel domini mitius debet puniri. Vide etiam de hoc per practicam Carer. in §. homic. 5. n. 203. qui num. 101. poſuit, an mandatarius poſſit eſſe teſtis contra mandatum, ita vt faciat indicium, & num. ſequ. An mandatarius torqueri poſſit, vt oſtendat mandantem, & poſt num. 104. col. 2. ponit, in quibus filius, aut ſeruus, aut quis inferior non tenetur obedire patri, domino, aut ſuperiori, in quibus tamen parẽdo mitius puniri poſt relatos voluit, quibus adde vt per Socin. poſt reg. mihi 251. ſub 1. fallentia in fin. Giach.

Sed hic incidenter.) Vide de verbis inſtigatorijs, & rogatorijs Vulp. conſ. 63. nu 3. 4 & 5. Farin. d. q. 135. c. 2. nu. 41. & quæ infra. Roſſ.

Sed hic incidenter quæ-
19 ro.) Adde, † quòd ſi aliquis fuerit offenſus cum baculo ſuper ſpatulis, ſine ſanguine, & rogauit eius fratrem, vt eius iniuriam vlciſceretur, qui poſtea interfecit illum, à quo ſuus frater fuerat offenſus, an ille, qui rogauerat fratrem, teneatur de homicidio, Bero q. 10. vbi tenet, quod non, & ibi limitat doctr. Bart. in l. ſi quis mihi bona, hic allegata procedere, niſi in qualitate offenſæ alius perpendi poſſet, quæ limitatio fuit Cuma. & Rom in §. ſed quid ſi mandauit, & ideò Corſet in ſingul. quod
20 incipit præceptum, il 1. tenuit † etiam, ꝙ ſi Dominus dixerit verba prædicta famulo ſuo, qui fuerat verberatus, ſi poſt dicta verba verberantem interfecerit, non tenebitur de homicidio, per limitationem prædictam: & ad prædicta, vide etiam Vulpell. in conſ. 62. & 63. vbi latè non tutam fuiſſe ſententiã Bart. in caſu cuiuſdã militis, qui verberatus diceret famulo, vt nunquam domum reuerteretur, donec aliquid ſciret de huiuſmodi negotio, tenuit Tiraq. poſt multos, quos allegat in tract. de pœn. cauſ. 27. num. 9. maximè, quia ex præſumpta probatione debet quis mitius puniri, ibi num. 2 10. & 11.

21 Item adde, quod per illa verba, *dà dà al traditore*, & inde ſecuto homicidio per medium alterius, non probatur mandatum ad homicidium committẽdum, nec ad vulnus inferendũ, ex quo ſequi poſſet homicidiũ, quia dicta verba generalia ſunt, & obſcura, & intelligi debent in mitiorem partem: nam dari poteſt cum pugno, & cum haſta, vt per Rim. iun. in conſil. 88. nu. 26. ſed ego credo contrarium, ſi verba prædicta dicuntur habenti enſem, ſiue pugionem denudatum in manu, vel alia arma regulari er apta ad occidendum.

22 Item † adde, ſi dixerit alicui, *Io ſtò di mala voglia, perche vorrei, che il tale mi foſſe leuato dinanzi à gli occhi, & che foſſe morto*, & poſt paucos dies fuerit interfectus ab eo, cui illa verba fuerant dicta, an ſit inductum mandatum de occidẽdo, & ſi interfectori etiam ille, qui dixit verba, dedit poſt homicidium pecunias, vt abiret, & in manibus iuſtitiæ non incideret, uide Anguiſſ. in conſ. 5. vol. 1.

23 Item † adde, quòd iſta doctrina Bart. in d. § ſed ſi mandauerit, ſic ſimpliciter non eſt vera, ſed debet intelligi tribus concurrentib. Primò ut præceſſerit capitalis inimicitia cũ occiſo. Secundo, vt dominus in ſecreto illa uerba dixerit famulo. Tertio, quod poſt talia uerba incontinenti fuerit ſecutum homicidium; ita hoc dictũ, Bart. declarat Decian. in conſil. 234. num. 5 Bald. & Iaſ. in l. 1. C. de ſeru. fugit. Ioan. de Anan. cõſ. 95. Marſ. conſ. 172. hic al leg. Montic. in pract. crimin. reg. 7. nume. 9. cum ſequen. ubi multas ponit ampliat. & limit. in hac quæſtione, & in materia mandati ad homicidiũ. Sed ad iſtam quæſtiõ. uide omninò Gabr. commun. concl. lib. 7. concl. 2. num. 47. cum ſequ. ubi ponit multas ampliationes, & limitationes, & Fab. de Monteleone in prax. arbitr. part. 4. num. 543. folio 213. ubi limitat ſex modis.

24 Item † adſte, ſi iudex officij, *dagli*, an inducatur mandatum de occidendo, uide Mazzol. in conſil. 101.

25 Item † adde, an & quãdo præſumatur mandatum, ſi conſanguinei alicuius offenſi ad eius præſentiam offendentem uulnerauerint, ut per Ferret. in conſ. 379. per totum, uol. 2. Baiar.

u *Vade, & non reuertaris domum.*) Adde, quod hoc idem habetur in conſuetud. Turon. Titul. 4. Des Doriet de haulte Iuſtice, articulo primo. Cur autem in tali caſu præſumatur mãdatum, & quale intelligendum ſit mandatum, uide Alexandr. conſil. 127. numer. 14. volumine 4. quem allegat Boſſ. hic per Clarum citatus in dicto titulo de mandato ad homicidium, numero 48. Drogh.

x *Et ſeq.*) Vbi extendit, etiamſi dominus proferens talia uerba expreſsè inhibuiſſet, ne occideret, & deinde tradit octo limitationes, & quando inducatur mandatum, numeris ſequentibus. Giach.

y *Verſ. Sed quid ſi Dominus.*) Farinac. ubi ſupra nu. 46. & duobus ſeqq. Roſ.

z *Sed quid ſi Dominus,*) Adde † uidendum Maſcardum de probat. concluſ. 866 vbi quibus verbis homicidium fuiſſe mandato commiſſum probatur, & in concluſ. 1022. vide etiã Bald. conſ. 257. volu. 2. vbi quis annuendo capite ad malefactorem non dicitur mandare, niſi conſtet, quod contemplatione annuentis fecerit.

a *Loquar ad aurem.*] Et quando ex allocutione ad aures oriatur mandati præſumptio, & quãdo conſilij, & quando neutrum, vide per Carer. in pract. crimin. num. 134. & in d. §. homicid. 3. ſub num. 53. ſed quid ſi famulus, aut filius in præſentia Domini, vel patris occidit, an præſumatur mandatum domini, vel patris; vide per eundem ibidem ſub num. 59. & quid in dubio, ſub num. 57. Giach.

Sed

interfecerit: nunquid tenebitur dominus de homicidio tãquam ſi mandatum præceſſiſſet? Reſp. quòd ſecundum aliquos tenetur, ex quo propter breuitatem temporis præſumitur ad id mandatum dediſſe. Et ita allegatur tenuiſſe Bart. in l. ſi ventri, §. fin. numero 1. ff. de priuileg. credi cuius opin. dicit eſſe communem Placa in d. c. 14. poſt num. 5. verſ. His ſanè præmiſſis. [b] Sed certè ego ex eo ſolo non punirem dominum pœna homicidij, niſi alia concurrerent, puta, quòd dominus ſolitus eſſet talia facere, & quòd iniuria eſſet talis, pro qua veriſimiliter debuiſſet mandare illum occidi. Et in dubio crederem tutius eſſe torquere dominum, & etiam punire pœna extraordinaria, quàm pœna mortis.

b *Sed certe ego.*] Farin. d. quæſt. 134. cap. 2. num. 42. & 50. & numero 56. 57. 58. & 65. & an ſola conſanguinitas ſufficiat in præſumendo mandatum. Nat. conſ. 499. Roſ.

Sed certe ego ex eo ſo-
27 *lo.*) Item adde, † quòd idem tenuit Petrus Anton. Anguiſſ. in conſilio 16. libro 1. ubi declarat hoc procedere, quando conſtat de tenore uerborum prolatorum, aptorum ad inducendũ mandatum, & de iſta quæſtione uide etiam Gabr. com. opin. lib. 7. concl. 2. num. 48. Baiar.

QVÆSTIO XC.

An quis ſit puniendus pro auxilio delinquenti præſtito.

SVMMARIA.

Ex Claro.

1 Auxiliator an ſit puniendus eadem pœna, qua principalis delinquens.
2 Et quid ſi delictum fuit animo deliberato patratum.
Et an præſtans auxilium poſt maleficium dicatur propriè auxiliator, ibid.
3 Et an in inquiſitione expreſſe ſit facienda mentio de auxilio ad hoc, ut contra auxiliantes ſequi poſſit condemnatio.
4 Et quando ſunt plures duobus, an ſufficiat dicere, quod alter alteri auxilium præſtiterit.
5 Et an requiratur, quod in ſpecie dicatur, quod auxilium præſtiterint aſſiſtendo.
6 Et an priuſquam procedi poſſit de auxilio, neceſſe ſit, quod conſtet de principali.
7 Et an ſi delinquens aliàs fuiſſe delictum commiſſurus, debeat auxiliator mitius puniri.
8 Aſſiſtens maleficio an dicatur præſtare auxilium.
9 Receptator qua pœna puniatur.

Ex Additionibus.

1 Auxilium dantes quomodo puniatur.
*1 Auxiliator in delictis an, & quando teneatur.
Et quando quis dicatur, ibidem.
2 Et quomodo puniatur præſtans auxilium rumpenti pacem.
3 Auxiliator quando poſſit puniri etiam pro qualitate.
4 Et quando teneatur in plus quam principalis.
5 Auxilium delinquẽti poteſt præſtari tribus temporib. remiſſ.
6 Conducens interficiendum ad locum delicti, quando dicatur in dolo, remiſſiuè.
Auxiliator an teneatur eadem pœna, qua principalis interueniente eius ſcientia, ibid.
7 Et quid de accomodante domum ad faciendum tractatum de homicidio.
8 Auxiliator an teneatur, ſi nõ apparet de præcedẽti tractatu.
9 Et quid ſi conſtet principalem deliquiſſe, aliter, quàm per contumaciam.
10 Et quid practicetur in ſtatu eccleſiaſtico.
11 Et quid in Regno Neap.
*11 Confeſſiones fictæ non tranſeunt ad aliam perſonam.
12 Aſſiſtens homicidio quando dicatur ei præſtare opem.
Et quid ſi delinquentem aſſociauerit. ibid.
Et quid ſi ſteterit a longe, nec mouerit arma, ibid.
13 Auxilium, & aſſiſtentia quomodo probentur.
14 Et quomodo quis excuſetur ab aſſiſtentia, remiſſiue.
15 Aſſiſtens armatus, nec prohibens delictũ cũ potuerit, uidetur. eſſe particeps facinoris, ſi delinquentem poſtea aſſociauerit.
16 Aſſiſtens delicto quomodo puniatur.
17 Aſſiſtere delicto an præſumatur quis, remittitur arbitrio iudicis.
18 Præſumptio eſt contra aſſociantem delinquentẽ poſt delictũ.
19 Præſumptio occulti auxilij ceſſat, quando aſtans rixæ fuit tanquam mediator.
20 Et quid diſſuaſerit fieri maleficium, & poſtea tempore delicti aſtitit armatus.
21 Aſſiſtens violentiæ non animo offendendi, quid debeat facere vt non teneatur.
22 Et quomodo probet, ſe non dediſſe opem, licet aſtiterit.
23 Et an in dubio præſumatur aſtitiſſe animo offendendi.
24 Aſſocians aliquem, qui alium ſibi obuiam factum interfecit an teneatur, & quando.
25 Auxilium præſtatur acclamando contra eum, qui offenditur
26 Et cuſtodiendo ſarcinas, & veſtes delinquentium.
27 Statutum puniens præſtantem auxilium maleficio, intelligitur, dum maleficium eſt in fieri, non in conſumato.
28 Statutum puniens auxiliantem, vt principalem, intelligitur de auxilio, quod fuit cauſa maleficij.
29 Aſſiſtens ſcienter baſtonanti, qui poſtea occidit, quõ puniatur.
30 Auxilium cooperatiuum an dicatur præſtare aſſiſtens armatus, & nihil faciens.
31 Auxiliator an poſſit torqueri ſuper tractatu prohibito.
*31 Qui facile poteſt impedire homicidium, & illud non impedit, occiſſori par eſt.
32 Receptare quid ſit.
33 Receptare an dicatur dans potum alicui.
34 Et an is, qui delinquentem inuenit in domo ſua.
35 Et an per vnam vicem tantum.
36 Et quid ſi neſciebat illum eſſe delinquentem.
37 Et quid ſi erat notorium.
38 Et an præſumatur ſcientia, vel ignorantia, & quõ probetur.
39 Et an probetur ignorantia per iuramentum.
40 Et quid ſi erat abſens a loco.
41 Solus præſumitur in ſciente, vel ſcire debente.
42 Scientia an præſumatur in receptante bannitum a Ciuitate vicina, vel Metropolitana.
43 Receptans ſcienter bannitum an teneatur, ſi ſolum ſciebat illum eſſe bannitum, non autem cauſam banni.
44 Scientia præſumitur & inducitur ex rumore, & fama.
45 An autem ſufficiat ad imponendam pœnam corporalem.
46 Receptans per vim bannitos non punitur aliqua pœna.
47 Et iam quòd non receſſerit, ſed cum eis in domo remanſerit.
48 Hoſpites an teneantur de receptatione.
49 Receptàns ſcienter pluries bannitum, ſed demum eum Curiæ prodiderit, an teneatur.
50 Receptans bannitum tolleratum non tenetur ad pœnam.
Intellige ſi erat publicè tolleratus, ibid.
51 Receptans conſanguineos mitius eſt puniendus.
Et quid ſi receptaſſet criminoſos læſæ Maieſt. ibid.
Receptatores filiorum delinquentium hodie eadem pœna puniuntur ſicut extranei. ibid.
52 Receptatores puniuntur arbitrariè.
53 Et quid in Regno Neap.
Et quid in ſtatu Eccleſiaſtico ibid.
54 Receptans ſcienter delinquentem ſtatim poſt delictũ an præſumatur particeps criminis.
55 Receptãs bannitũ, qui deliquit extra territoriũ, an puniatur.
56 Receptare rem, & pati, vt res illata eo abſente in domo ſua remaneat, differunt.
57 Iuramentum accuſatoris ſuper quantitate rerum ablatarum non admittitur, vbi agitur contra tertium.
58 Receptans vnam rem ex pluribus rebus ſublatis an teneatur ad reſtitutionem omnium, remiſſiue.
59 Receptans ſcienter rẽ furatã ſine ſpe lucri an teneatur furti.
60 Statutum puniens præſtantem opem furi ſicut furem, non habet locum in receptante rem furatam.
61 Barones, & eorum officiales receptantes facinoroſos, poſſunt per Principem iuriſdictione priuari.
62 Pœna Baronum in Reg. Neap. malefactores acceptantium.
63 Receptatores bannitorum ſubditi Romanæ Eccleſiæ, quas pœnas incurrant.

ADDITIONES
Ad Quæſt. XC.

a QVæro nunquid præſtans auxilium.) Longa tamen eſt differentia inter auxiliatorem, & receptatorem, ut per Roland. conſilio 45. numer. 25. libro 1. per Bart. in l. ſi furti, §. ope, numero 1. ff. de furt. Dixi ad ſtatuta Palauicina, libro 2. in criminal. ſtatut. 34. ſupra in §. homicidium, verſic. alia eſt defenſio ad med. vbi ſe ipſum hic allegat; faciunt adducta per Menoc. de adipiſcen. poſ. remed. 3. n. 43. ut dixi ſupra. *Drog.*

Quæro, nunquid præſtans auxilium.] Sed quomodo cognoſcatur, quòd aliquis auxilium vel fauorem præſtiterit homicidio, ut inde puniri poſſit, vide per Cæpol. plenè in conſilio primo. Item adde, & fuſius uide de pœnis eorum, qui opem delinquentibus tulere per Iac. Menoch. de arbitrar. iudic. libro ſecundo cent. 4. caſu 549. & de cauſa propinqua ad homicidiū, multa uide exempla per Carer. in pract. pag. 215.
* 1 & 216. Sed auxiliatores † non debent puniri eadem pæna, ubi agitur de ſtrage multorum; quia tunc ſeueritati detrahitur; com. ait Decia. in capitolo primo in text. allegato, col. 9. verſiculo 6. Fallit. quòd etiam dixit in collect. cōmu. opin. in 1. parte §. auxilium, numero 4. Item ſtante ſtatuto, quod dans auxilium, delicto teneatur eadem pęna ſicut principalis, ſi pęna principalis fuit aucta propter eius contumaciam, uel negationem, ad illud augmentum pœnæ non tenetur, qui auxilium præſtitit. Ita Bart. in l. libertis quos. §. poſthumis. de alimen. & cibа. leg. ſequitur Iaſ. l. prima, numero 12. ff. de in litem iurand. & de hoc plene vide per Carer. in pract. criminal. pagina mihi 275 ſub numero 75. ubi etiam & è conuerſo ſi propter confeſſionem fit diminutio pænæ, iſtud non prodeſt danti opem, & auxilium; quia in eo ceſſat ratio, quare condemnetur in minus, & pagina 319. & per Barbat. poſt Bart. d. §. poſthumus. Idem voluit Bartol. d. l. 1. ad finem, loquens in fideiuſſore de iudicio ſiſti, & iudicatum ſoluendo, ubi ſi propter contumaciam, uel inficiationem pœna augeatur, illa pœna non tenetur fideiuſſor. Sed hoc non uidetur procedere, quando una ſententia tantum ferebatur, & in illa facta erat condemnatio etiam in augumento uigore contumaciæ, uel inficiationis, ſecundum Fulgoſ. quem ſequutus eſt Alexand. ut legitur in apoſtil. ad Bart. illic, qui in fine docet cautelam, ut in recipiendo promiſſionem fideiuſſori non ſolum dicas, quod promiſit ſoluere omnem pœnam, omnemque condemnationem ſubſequendam ex maleficio illo, uel accuſatione, uel inquiſitione; ſed addas, uel ex proceſſu: & Apoſt. ll. illic docet aliam, videlicet niſi dictum ſit de omni cauſa, quæ ex iudicio naſci poſſet. *Giach.*

Quæro, nunquid.) Debet primo conſtare de principali delinquentem. Farin. titul. de inquiſit. quæſtione tertia numero quarto & ſeq. volum. primo & de auxilio ante delictum, idem Farin. volum. 5. quęſt. 130. in delicto autem q. 131. part. 1. nu. 1. 2. & 3. 28. & 54. *Roſ.*

Quæro, nunquid.) Adde † Menoch. de arbitr. iud. in caſ. 249. vbi multum diffusè hanc materiam tractauit, & quæ requirantur, ut auxiliator poſſit puniri, tanquam principalis, uide Bartho. Thegi. in tract. ſuo crim. part. 12. numero 10. vbi inter alia requiſita vult, quod delictum ſuam perfectionem conſequatur, quia affectus tantum non punitur in auxiliatore, & Corn. in conſilio octauo in princ. ibi hinc dicitur, & ad hanc quæſtionem, quòd auxilium præſtans teneatur eadem pœna, & quomodo procedat, uide etiam Maſcard. in tractat. de prob. concluſ. 159. numero 18. cum ſequen. volum. primo, & quando quis præſumatur auxiliū delinquenti præſtitiſſe, & quomodo probetur, uide per eundem in d. concluſ. numer. 1. cum ſequen. & q. præcedenti, an auxiliator criminoſi poſſit eſſe teſtis.

Item adde, quòd ſtatutum diſponens, quem teneri pro ope præſtita, eadem pæna, qua tenetur conſcius delinquens, non procedit, niſi conſcius talem opem pręſtiterit maleficio, quę ipſi maleficio cauſam dederit, alias tenetur pro modo culpæ: ita tradit Salyc. in l. vnica col. antepen. C. de raptu virg. Cepol. conſil 27. nu. 15. Marſil. ſing. 15. & cōſil. 24. numero decimoſexto, & Bertaz. conſilio 326. nume. 10. & 11.

2 Item † adde, quòd auxilium præſtans rumpenti pacem, & contra eum, qui fecit pacem, an teneatur duplici pœna ſcilicet auxilii, & ad pęnam conuentionalem pacis ruptæ. Corn. conſ. 7. per totum, vol. 3.

3 Item † adde, quod præſtans opem delinquenti, ad hoc ut puniri poſſit propter aliquam qualitatem, quam habet principalis delinquens, requiritur, quòd ſit articulatum, & probatum, quod ſciuerit, uel ſcire potuerit. Ang. in l. 1. C. de nil. agger. non rumpen. quem refert, & ſequitur Corn. in conſilio 8. nu. 5. vol. 3.

4 Item † adde, quòd aliquando plus punitur præſtans auxilium, quam principalis, Bart. in l. qui ſeruo, ff. de fur. & Ang. in l. 1. C. de nil. agger. non rumpen. quod procedit, quando aliqua qualitas adeſſet ex parte præſtantis opem, ex qua reſultaret maius delictum ex parte ſua, quam ex parte principalis, ut per Corn. conſilio octauo numero ſecundo verſiculo non obſtat. vol. 3. *Baiard.*

b *Quinimò etiam.*) Farin quæſtione 131. part. 1. numer. 44. & quæſtione 107. parte 2. articul. 3. numero 388. & ſequenti volum. 4. *Roſ.*

c *Animam occidit.*] Et propterea anima Bart. cruciatur in inferno, ut ſupra quæſtione 87. verſiculo punctus eſt. poſt medium, & quęſtione trigeſimaoctaua, verſiculo tu ſcis. *Drogh.*

QVÆST. XC.

1 *QVæro,[a] nunquid præſtans auxilium delinquenti puniatur eadem pœna.* *Hæc eſt ardua quæſtio, in qua Doct. variè locuti ſunt, Bart. enim in l. is quis opem, numer. quinto ff. de furtis, videtur tenere, quòd indiſtinctè auxiliator eadem pœna puniatur, qua principalis delinquens. Et hanc opinio. dicit eſſe communem Corn. conſilio 8. in lit. A. lib. 3. quem refert Decian. in capitolo 1. num. 11. de offic. de leg. relatus per Crauettam cōſilio 220. numer. 12. verſ. ſed arguitur, Socin. conſilio 118. poſt num. 7. verſ. ſi diceremus, lib. 9. quem refert pract. Conradi, fol. 330. num. 4. Bologn. conſil. 5. col. fin. verſ. Secundo de hoc. Et hoc etiamſi manū maleficio non appoſuerit, prout eſſe communem opin. atteſtatur Deci. in l. co præalleg. Alij vero dicunt, quòd aut auxiliator, dedit immediatam cauſam delicto, & punitur eadem pœna: Aut verò non fuit immediata cauſa delicti; & puniendus eſt mitiori pœna extraordinaria. Et hanc opi. dicit eſſe cōmunem Legiſtarum, & Cano. Soc. in d. conſil. 188. lib. 2. prout illum refert Didac. in repet. Clem. ſi furioſus, fol. 281. numero 2. & Placa libro 1. delict. capitulo 16. numero ſecundo in fine. Ita etiam tenere communiter Doctor. atteſtatur pract. Carer. fol. 272. num. 69.[b] Quinimò etiamſi propter aliquam qualitatem veniret principali delinquenti imponenda maior pœna quam auxilianti, adhuc eſſet auxiliator eadem pęna puniendus, dummodo tempore commiſſi delicti ſciuiſſet illam qualitatem aggrauantem delictum. Et hanc dicit eſſe communem opin. practica Conradi, fol. 330. numero ſexto Et hæc quidem opin. æquior videtur: nam proculdubio minor eſt culpa auxiliantis, quam principalis, & conſequenter mitius etiam videtur puniendus. Et dicit Salic. in l. vnica, poſt numero 24. C. de raptu virg. quòd hanc rationem ponderarunt theologi, & canoniſtæ, & quòd opinio. Bart. contraria, quam Iudices imitantur,[c] animam occi-*

dit.[d] Ego tamen pro clariori reſolutione huius articuli, præſuppono, quòd tripliciter poteſt præſtari auxilium delinquenti:[e] Primò ante delictum: Secundo, in ipſo delicto: Tertio, poſt delictum conſummatum: deinde ſic diſtinguo: Aut delictum commiſſum eſt præuio tractatu, vel deliberatione, accedente conſenſu,[f] vel ſaltem ſcientia ipſius auxiliatoris: & tunc indiſtinctè ſequor opin. Bart. quod ſit eadē pęna, qua principalis puniendus; & hoc quocunq; tempore auxilium præſtiterit, ſiue ante delictum, ſiue in delicto, ſiue poſt: nam licet corpore ipſi delicto non interuenerit, animo tamen cenſetur interueniſſe, præſertim[g] ſi illud auxilium erat vſque a principio deſtinatum, puta, quia ſciēter promiſiſſet uolenti alium interficere,[h] accommodare equos, ſuper quibus, patrato delicto, poſſet fugam arripere, & huiuſmodi. Et ad hoc propoſitū allegatur dictū Bart. ad quod omnes nō aduertunt, in l. furti, §. ope, paulo ante, fin. ff. de furtis, ubi dicit, quod ſpes data auxilij ad euadendum, dicitur auxilium ad maleficium committendum.

2 *Aut vero non præceſſit aliquis tractatus, uel deliberatio: & tunc placet opinio contraria, quod[i] ſi quidem auxiliator præbuit cauſam delicto, puniatur eadem pœna. Et in hoc membro omnes Doct. ita concludunt nemine diſcrepante, vt dicit Gratus conſil. 52. num. 3. lib. 2. Si vero non præbuit cauſam delicto, puniatur mitiori pœna, quam ipſe principalis delinquens, præſertim ſi præſtitit auxiliū poſt commiſſum delictum: nam re vera propriè loquendo præſtans auxiliū poſt commiſſum delictum, non dicitur verè auxiliator, vt dicit Bartol. in l. 3. §. ſi quiſquam, ff. ad Syllan. & eſt communis opin. ut atteſtatur Auguſt. ad Ang. de maleſic. in verb. Et Andream, numer. 5. Et ideo regulariter non eſt puniendus ea pęna, qua principalis, ſed mitiori. Et hanc eſſe frequentiori calculo receptā ſententiam dicit Placa libro primo, delict. cap. 16. nu. 15. Aut[k] eſt dubium, nunquid præceſſerit tractatus, ſiue deliberatio, ſaltem reſpectu auxiliatoris: & tunc auxiliator eſt in primis[l] torquendus ſuper ipſa deliberatione, aut tractatu, aut ſcientia delicti. Et ita in facti contingentia conſuluit Mantua conſilio 76. libro 1. Et vbi nihil fateatur, debet adhuc pro ipſo auxilio puniri pęna extraordinaria. Maxima enim eſt ſuſpicio contra eum,[m] qui præſtitit, auxilium delinquenti, etiam[n] poſt commiſſum delictum, quod fuerit particeps, & conſcius ipſius delicti committendi.[o] Et ita ſeruauit Senatus in cauſa cuiuſdam Baptiſtæ Mantuani, qui erat imputatus de aſſiſtentia ad vulnera illata animo deliberato: fuit enim bis tortus ſuper ſcientia: & cum perſtitiſſet in negatiua, fuit abſolutus vlt. Febr. 1543. Et ideo miratus ſum, quod quidam Hieronym. Lampugnanus, qui[p] comitatus fuerat poſt delictum quoſdam, qui homicidium animo deliberatio commiſerant, non fuerit tortus, ſed ſimpliciter iuſſus puniri pœna pecuniaria arbitrio prætoris Cremonæ, 9. Iulij 1543. Sed fortè apparebat ex proceſſu, quod ignorabat tractatum, & deliberationem homicidij committendi. Sed hoc intellige, ut procedat, niſi qualitas facti, & perſonarum aliud ſuaderet, puta, ſi nulla alia eſſet ſuſpicio contra eum, neque affinitatis, neque amicitiæ, uel huiuſmodi, & auxilium fuiſſet valde remotum ab ipſo actu maleficij, prout contigit in eo, qui commodauerat baliſtam alteri, cum qua ille deinde alium interfecit, de quo per Boer. deciſ. 166. numero 2. vbi refert, quod fuit liberatus, & ſine impenſa relaxatus. Sed certè ille notarius me iudice non euaſiſſet ſine tortura, cum (vt in themate illius deciſionis præſuppónitur) ipſe in ſuo examine negaſſet illam commodaſſe, neque ſuam eſſe, ex quo mendacio utique poterat iuſte*

e *Ego tamen.*) Cæpolla conſ. 27. n. 5. vbi etiam quis dicatur fauere Menoch. caſ. 349. in fin. Farin. d. q. 130. nu. 1. 2. & 3. & ſiue per actum proximum, ſiue remotum nu. 47. 48. & ſeqq. alia q. 132. num. 39. & ante num. 30. & 31. *Roſ.*

e *Primo ante delictū.*)
5 Adde, † quòd Blanc. in pract. crimin. in verbo, poſtquam vidimus, num. 1. multa exempla auxilij cuiuſq; temporis poſuit. *Baiar.*

f *Vel ſaltem ſtientia.*) In contrarium uide per Cæpol. crim. conſ. 27. per totum, & per Card. Pariſ. in conſil. 152. per totum. *Giach.*

g *Prӕſertim ſi illud auxilium.*) Adde in hac materia Rimin. iun. in conſ. 310. vol. 3. & quid de exploratore, &
6 conducente † interficiendū ad locum delicti. Grat. in conſil. 52. volum. 2. de etiam Bero. in conſil. 192. per totum volum. 3. vbi tenet, quòd quis ob conſilium, opem, & miniſterium præſtitum ad delinquendum, eadem pæna cum principali delinquēte eſt puniendus, & etiā, quòd eſſet minor viginti quinque annis, & ibi lo-
7 quitur † de accommodante ſcienter domum ad faciendum tractatum de committendo homicidium, quod poſtea ſit ſecutum. *Baiard.*

h *Accomodare equos.*) Alia etiam exempla uide per Carrer. in pract. crim. pag. mihi 247. num. 3. 4. qui num. ſeq. ponit relatiue, an in hoc auxilio præſtito ante delictū neceſſe ſit ponere locū, & tempus delicti. Item exēpla in auxilio cooperatiuo uide per eundem plene ſub numer. 7. Item qua pæna puniatur auxilium, & opem præſtans homicidio, uide per eundem pag. 272. 279. vbi ſuas ponit fallen. & declarationes, & alia notatu digna uide per totum. *Giach.*

i *Siquidem auxiliator.*) Vt quia vnus tenuit, & alius interemit, Cæpol. conſil. 27. nu. 11. uel illud occultando ibid. num. 7. & Nat. conſ. 399. num. 7. & 13. & in ipſo rixæ actu, puta tenendo, & ſuadendo, vt ad rixam redeat, Vulpell. conſ. 37. & de aſſociatione poſt delictum, idem Vulpel. reſp. 99. num. 6. & pluribus ſeqq. & conſilio 127. num. 5. & de auxilio cooperatiuo Menoch. de arbitr. iudic. caſu 471. *Roſ.*

K *Aut eſt dubium.*) d. q. 131. nu. 36. par. 1. & nu. 37. *Roſ.*

Aut eſt dubium.) Ad-
8 de, † quæ poſui infra in verſ. quæro nunquid, ibi, & quandoque. vbi habes rationem huius dicti per Bart. in conſilio 106. numer. 12. volum. 1. *Baiar.*

l *Torquendus.*] Ad idē vide, relatiuè tamen per Carer. in pract. crimin. pag. 240. numero vndecimo. *Giach.*

m *Qui præſtitit auxilium.*) Vulpel. conſilio 6. num. 51. & reſponſ. 115. numer. 5. & ſeq. Farin. d. vol. 5. q. 132. numer. 1. & nu. 34. & 37. cum duob. ſeqq. *Roſ.*

n *Poſt commiſſum delictum.*) Puta in eo, quī poſt pecuniam ſubtractam, & ſic poſt maleficium commiſſum ad ipſam retinendam, & celandam auxilium præſtitit, ut not. Angel. de Aret. in §. item lex Iulia peculatus, num. 3. Inſtit. de public. iud. Alia exēpla etiam uide in materia per Carer. in pract. crim. pag. mihi 255. nu. 26. 27. & 30. *Giach.*

o *Et ita ſeruauit Senatus.*) Hæc tortura bis illata auxiliationi ſuper ſcientia delicti iudicio meo eſt ſingularis, & de repetitione torturæ ſup. q. 64. verſic. vltimo, ibi, ſubdens, quod in hoc omnes conueniunt, ſup. in §. Homicidium, verſicul. etiam poſt med. uide Bal. in l. non ideo, C. de accuſ. coll. pen. a quo ſumpta eſt practica ponendi auxiliatorem poſt delictum ad torturam, quē refert Felin. in cap. 1. col. mihi 5. de offic. deleg. *Drogh.*

p *Comitatus fuerat poſt delictum.*) Adde, & vide relatiuè per Carrer. in pract. vbi ſup. numer. 30. *Giach.*